

В О Т О Р Я
М И Л Л Е Р Я
В И С Т И
А М Е Л Д А М

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

Disciplinam in Academiis Germaniæ intra seculi semissem, & quod adhuc quadantenus deficit, temporibus bellicis uberem vitiis materiam suppeditantibus & subsidia studiorum detrahentibus, per gradus collapsam esse, in sole (proh dolor!) & aprico positum novimus omnes. Remedium adhuc restabat unicum, Magistratus vigorem legum factum tectum tueri conantis & in transgressores pro meritis animadvertentis autoritas. Sed, quomodo *μνηστέχνης* ille, boni ordinis osor acerrimus, per cuniculos & illud subrueret, omnem lapidem hactenus movit. Nam qui partes Magistratus involarent ex subditis, ipsiq; tacite clavum è manu quasi extorquerent, malè feriatos quosdam Academiis non tam studiorum gratiâ, quàm luxuriæ accedentes, extimulavit. Vidisses enim qui juramento Magistratui legitimo devincti (vel si neglexerunt istud, & tantum tamen adversus dictum Magistratum Academicum sibi sumunt, graviore pœnâ digni) in Nationes abire, cœtus peculiare cogere, Magistratum ambulatorium, Seniores, Fiscales, Assessores, constituere, immatriculationem recens in Academiis ingressorum poscere, leges ferre, transgressoribus pœnas infligere, variis excogitatis aucupiis, pecuniâ juniores emungere, cum sanitatis etiam periculo eosdem ostentui habere, vilissimis eosdem servitiis sæpius honesto loco natos destinare, de pecuniis interim extortis heluari, pergræcari, rixari, digladiari, neve ad Magistratum legitimum quid deferatur sub infamiæ pœna prohibere non fuerunt veriti. Vidisses etiam qui *σοφὰ φάσματα* gigantæis hisce ausibus quærant, ac si decorum observare jubeant, & potius exactioibus & exagitationibus juniorum fibulam ponant. Verum enim verò præterquam quod hoc ad ipsum Magistratum legitimum quolibet semestri ex loco publico leges recitari curantem spectet, id quod unâ manu videntur adstruere, alterâ rursus destruant, ab exactioibus & exagitationibus aliorum extrâ nationem incertis (verius nullis) juniores defendentes, ipsi pro spongiis interim, quas pro lubitu exprimant, & vilissimis ferè mancipiis eosdem habentes. In quorum exactorum & exagitationum numero cum facilè primas hactenus tenuerit juniorum flagellum.

DAVID SCHULTZ Stetimensis,

qui scissionibus etiam & factionibus unâ cum suis complicitibus occasionem dedit, officii nostri tenaces in reliquos ulterius inquisituri & in damnates pro delictorum gradibus animadverturi dictum

DAVIDEM SCHULTZ

ex hac Academia vigore præsentium ad annum spatium relegamus, ut ocyus convalescat & portâ excedat, necante præstitutum tempus revertatur, nisi pœnas exasperari sibi velit, his ipsis jubentes. Reliquis autem Senioribus, Fiscalibus, Assessoribus Nationum, vel quocunq; tandem nomine venerint, ut ab incepto desistant, juramenti sui memores & vindictam divinam reveriti Magistratui legitimo debitam obedientiam præstent, conventiculis istis renuncient, libros aboleant, legibus potius Academicis se conforment, injunctorum satagant, tranquillè vivant, nec recens in Academiam ingressos lædant; junioribus, ut Magistratum istum *ἀντόφρον* juramenti quoq; sui tenaces insuper habeant, legibus Academicis obtemperent, ligulas istas versicolores, ceu conspirationis tesseras, de pileis deponant, decorum in vita observent, in primis levitatem in vestitu (qua deridiculo sunt aliis, bonis abominationi, sibi metipsis, ne facilè Patronos inveniant, impedimento) fugiant, talesq; se gerant, ne querelarum aliquid ad Nos deferatur, sub comminatione pœnæ severissimæ præcipimus. P.P. ipsis Id. Nov. anno æræ Christianæ M DC LIX.

Иже по сему в року 1839 году...

всего в сему году похоронено в сего году...


По сему в сему году похоронено в сего году...

Иже по сему в року 1839 году...

всего в сему году похоронено в сего году...

По сему в сему году похоронено в сего году...





RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Dixisssem, & peditanti-
 h dolor!) &
 tratus vigo-
 advertentis
 cuniculos &
 involarent
 on tam stu-
 diorum gratiã, quã luxuriã accedentes, extimulavit. Vidissenim qui juramento Magistratui legitimo
 devincti (vel si neglexerunt istud, & tantum tamen adversus dictum Magistratum Academicum sibi sumunt,
 graviore pœnã digni) in Nationes abire, cœtus peculiare cogere, Magistratum ambulatorium, Seniores, Fisca-
 les, Assessores, constituere, immatriculationem recens in Academiis ingressorum poscere, leges ferre, trans-
 gressoribus pœnas infligere, variis excogitatis aucupis, pecuniã juniores emungere, cum sanitatis etiam peri-
 culo eosdem ostentui habere, vilissimis eosdem servitiis sæpius honesto loco natos destinare, de pecuniis inter-
 rim extortis heluari, pergræcari, rixari, digladiari, neve ad Magistratum legitimum quid deferatur sub infam-
 iã pœna prohibere non fuerunt veriti. Vidisses etiam qui σοφὰ φάρμακα gigantes hisce ausibus quærant,
 ac si decorum observare jubeant, & potius exactioibus & exagitationibus juniorum fibulam ponant. Ve-
 rumenimverò præterquã quòd hoc ad ipsum Magistratum legitimum quolibet semestri ex loco publico leges
 recitari curantem spectet, id quod unã manu videntur adstruere, alterã rursus destruunt, ab exactioibus &
 exagitationibus aliorum extra nationem incertis (verius nullis) juniores defendentes, ipsi pro spongiis interim,
 quas pro lubitu exprimant, & vilissimis ferè mancipiis eosdem habentes. In quorum exactorum & exagitato-
 rum numero cum facillè primas hætenus tenuerit juniorum flagellum.

DAVID SCHULTZ Stetinensis,

qui scissionibus etiam & factionibus unã cum suis complicitibus occasionem dedit, officii nostri tenaces in reli-
 quos ulterius inquisituri & in damnates pro delictorum gradibus animadverturi dictum

DAVIDEM SCHULTZ

ex hac Academia vigore præsentium ad annum spatium relegamus, ut ocyus convalescat & portã excedat, nec an-
 te præstitutum tempus revertatur, nisi pœnas exasperari sibi velit, his ipsis jubentes. Reliquis autem Senio-
 ribus, Fiscalibus, Assessoribus Nationum, vel quocunq; tandem nomine venerint, ut ab incepto desistant,
 juramenti sui memores & vindictam divinam reveriti Magistratui legitimo debitam obedientiam præstent,
 conventiculis istis reanicient, libros aboleant, legibus potius Academicis se conforment, injunctorum sata-
 gant, tranquillè vivant, nec recens in Academiã ingressos lædant; junioribus, ut Magistratum istum ἀυτόφωτον
 juramenti quoq; sui tenaces insuper habeant, legibus Academicis obtemperent, ligulas istas versicolores, ceu
 conspirationis tesseras, de pileis deponant, decorum in vita observent, in primis levitatem in vestitu (qua deri-
 diculo sunt aliis, bonis abominationi, sibi metipsis, ne facillè Patronos inveniunt, impedimento) fugiant, talesq;
 se gerant, ne querelarum aliquid ad Nos deferatur, sub comminatione pœnæ severissimæ præcipimus. P.P.
 ipsis Id. Nov. anno æræ Christianæ M DC LIX.